

# SARDINIAE BREVIS historia & descriptio, per Sigismundum

Arque Calaritanū, sanctę theologię & iuris utriusq; doctorem.

## De Sardiniaē situ & magnitudine.



**S**ARDINIA vulgo Sardegnia, teste Ptolemaeo circūdat̃ ab oriente Tyrhe no pelago, à meridie Africo, ab occasu Sardo, & à septentrionemari qđ ipsam & Corsicā interluit. Plinius eius sitū & magnitudinē ita describit lib. 3. natural. historię. Sardinia ab oriente patet 183 mil. pass. ab occidēte 170 à meridie 74 & à sept. 122. In circuitu 560 mil. pass. Abest ab Africa secūdum eundē 200 mil. à Calaritano promontorio. Nūc minori spacio duorū dierum nauigatur à ciuitate Calaritana ad Africam. Sed millaria Plinij non rectē concordant cum Sardonum miliaribus, ideo dierum itineribus sic mensuramus Sardiniam: Patet in longum itinere sex dierum, in latum, ubi angustior est, patet itinere duorū dierum equitis.

## De Sardiniaē solo, eiusque rerum copia

& insalubri aēre, alijsq; rebus in ea memorabilibus.

Caput Lugudoris.

**E**A pars Sardiniaē quę Corsicam spectat montosior est, sed quę montes amoeni sunt & humanis necessitatibus utiles. Opposita uero pars quę Africam spectat, planior est & tritici abundantissima, amœna quoq; sed altera amœnior est, appellaturq; hodie Caput Lugudoris. Abundat tota insula frugibus, pecore & armento, quare fit ut uili precio ibi emātur carnes: quin & mercatores hinc multa coria in Italiam & Hispaniam abducunt, sicut & miram caseorum copiam asportant. Sunt in hac insula tam multi equi, ut non pauci agrestes sint, careantq; dominis, & generosiores uili emātur precio. Et quamuis non sint tam proceri ut Germanorum, Hispanorum & Italonum equi, tamē non sunt illis deteriores in robore, agilitate & pulehritudine. Incolę nō uescuntur alio quā tritico pane. Abundat autem adeo triticum ibi, ut à mercatoribus multę quotannis naues tritico oneratae, abducantur in Hispaniam & Italiam. Quod si Sardi paulo magis rebus suis intenti essent, tantam tritici aliarumq; rerum affluentiam sibi in sua compararent terra, ut Sardinia ipsa in fecunditate superaret Siciliam. Incusatur hic colonorum negligentia, desideraturq; in rusticis maior industria. Vini optimi magna passim per insula colligit̃ copia, albi & nigri. Ob incolarū incuriam terra oleū non producit, cum olei abundantissima esse possit, si quidē p̃fert passim in syluis sua sponte multas oleastros, & quidā iam paucis retroactis annis cœperūt plātare oleas, q̃ satis felicitur cultorib. cōp̃sarūt laborē.

Triticum.

Vinum.

Cæterum



SARDINIAE BREVIS HISTORIA ET DESCRIPTIO

## SARDINIAE BREVIS HISTORIA ET DESCRIPTIO

per Sigismundum Arquer Calaritanum,  
sanctae theologiae et iuris utriusque doctorem

### DE SARDINIAE SITU ET MAGNITUDINE

- 5 Sardinia, vulgo *Sardegna*, teste Ptolemaeo circumdatur ab oriente Tyrrheno pelago, a meridie Africo, ab occasu Sardoo et a septentrione mari quod ipsam et Corsicam interluit. Plinius eius situm et magnitudinem ita describit lib<ro> III *Natural<is> historiae*: Sardinia ab oriente patet 188 mil. pass., ab occidente  
10 170, a meridie 74 et a sept<entrione> 122; in circuitu 560 mil. pass. Abest ab Africa, secundum eundem, 200 mil. a Calaritano promontorio. Nunc minori spacio duorum dierum navigatur a civitate Calaritana ad Africam.

- Sed milliarum Plinii non recte concordant cum Sardorum  
15 miliaribus, ideo dierum itineribus sic mensuramus Sardiniam: patet in longum itinere sex dierum, in latum, ubi angustior est, patet itinere duorum dierum equitis.

### DE SARDINIAE SOLO EIUSQUE RERUM COPIA ET 20 INSALUBRI AËRE ALIISQUE REBUS IN EA MEMORABILIBUS

Ea pars Sardiniae quae Corsicam spectat montosior est, sed qui montes amoeni sunt et humanis necessitatibus utiles.

5. Ptol. *geogr.* 3, tab. 7 7. Plin. *nat.* 3, 7 11. *ibidem* 14. *ibidem*

11. pass. A<sup>3</sup>: pas. A<sup>1</sup>A<sup>2</sup>

## BREVE STORIA E DESCRIZIONE DELLA SARDEGNA

di Sigismondo Arquer cagliaritano  
dottore in santa teologia e in entrambi i diritti

### POSIZIONE E DIMENSIONI DELLA SARDEGNA

La *Sardinia*, volgarmente *Sardegna*, come attesta Tolomeo è circondata a oriente dal mare Tirreno, a meridione dal mare d'Africa, a occidente dal mare Sardo e a settentrione dal mare che la separa dalla Corsica. Nel III libro della *Storia naturale* Plinio ne determina così posizione e dimensioni: la Sardegna si estende a oriente per 188 miglia, a occidente per 170, a meridione per 74 e a settentrione per 122; il perimetro è di 560 miglia. Partendo dal Promontorio cagliaritano essa dista dall'Africa, secondo lo stesso autore, 200 miglia. Oggi, dalla città di Cagliari, l'Africa si raggiunge in neanche due giorni di navigazione.

Tuttavia il computo delle distanze di Plinio non coincide perfettamente con quello dei Sardi, perciò misuriamo la Sardegna in base ai giorni di viaggio, in questo modo: tutta la sua lunghezza richiede un viaggio a cavallo di sei giorni, la larghezza - nella parte più stretta - un viaggio di due giorni.

### IL SUOLO DELLA SARDEGNA, LE SUE RICCHEZZE, L'INSALUBRITÀ DELL'ARIA E LE ALTRE COSE CHE IN ESSA MERITANO DI ESSERE RICORDATE

La parte della Sardegna che guarda verso la Corsica è alquanto montuosa, ma i suoi monti sono ridenti e favorevoli alle attività

Opposita vero pars quae Africam spectat planior est et tritici abundantissima, amoena quoque, sed altera amoenior est appellaturque hodie Caput Lugudoris.

5 Abundat tota insula frugibus, pecore et armento, quare fit ut vili precio ibi emantur carnes; quin et mercatores hinc multa coria in Italiam et Hispaniam abducunt, sicut et miram caseorum copiam asportant.

10 Sunt in hac insula tam multi equi ut non pauci agrestes sint careantque dominis et generosiores vili emantur precio; et quamvis non sint tam proceri ut Germanorum, Hispanorum et Itolorum equi, tamen non sunt illis deteriores in robore, agilitate et pulchritudine.

Incolae non vescuntur alio quam triticeo pane. Abundat autem adeo triticum ibi ut a mercatoribus multae quotannis 15 naves tritico oneratae abducantur in Hispaniam et Italiam; quod si Sardi paulo magis rebus suis intenti essent, tantam tritici aliarumque rerum affluentiam sibi in sua compararent terra ut Sardinia ipsa in foecunditate superaret Siciliam. Incusatur hic colonorum negligentia desideraturque in rusticis maior industria.

20 Vini optimi magna passim per insulam colligitur copia, albi et nigri. Ob incolarum incuriam terra oleum non producit, cum olei abundantissima esse posset, siquidem profert passim in sylvis sua sponte multas oleastros; et quidam iam paucis retroactis annis coeperunt plantare oleas, quae satis feliciter cultorib<sup>us</sup> 25 compensarunt laborem. // Caeterum loco olei ad concinnandum lampades utuntur animalium pinguedine, quorum magnam habent copiam. Conficiunt etiam ex lentisci semine oleum, olivae autem oleum petunt ex Liguria et ex insulis Balearibus.

30 Venationem habent maximam multique rustici ex sola vivunt venatione, praesertim qui in montibus habitant. Abundat

3. *arg. in marg.* Caput Lugudoris 13. triticeo A<sup>2</sup>A<sup>3</sup> : tritico A<sup>1</sup> 14. *arg. in marg.* Triticum 20. *arg. in marg.* Vinum

umane. Invero la parte opposta, che guarda verso l’Africa, è più pianeggiante e ricchissima di frumento, ed è ridente anch’essa, ma l’altra, oggi denominata Capo di Logudoro, lo è di più.

Tutta l’isola abbonda di messi, di greggi e di armenti, per cui le carni vi si comprano a basso prezzo; tant’è che i mercanti portano da lì in Italia e Spagna una gran numero di pellami, come anche esportano una straordinaria quantità di formaggi.

In quest’isola i cavalli sono tanto numerosi che non pochi si trovano allo stato brado e senza padrone, e quelli di razza più pregiata vengono comprati a basso prezzo; e benché non siano alti come i cavalli dei Germani, degli Spagnoli e degli Italiani, non sono comunque inferiori a quelli per vigore, agilità e bellezza.

Gli abitanti non mangiano altro pane se non di grano. Di grano, d’altra parte, v’è tale abbondanza che i mercanti ogni anno ne portano molte navi cariche in Spagna e in Italia; perciò, se i Sardi fossero un po’ più attenti ai loro interessi, sarebbero provvisti, nella loro terra, di un tale profluvio di grano e di altri prodotti che la stessa Sardegna supererebbe per fecondità la Sicilia. A tale proposito si deplora la negligenza dei coltivatori e si auspica nei contadini una maggiore operosità.

Qua e là per l’isola si ricava gran quantità d’ottimo vino, bianco e nero. Per incuria degli abitanti la terra non produce olio, laddove potrebbe esserne abbondantissima dal momento che un po’ ovunque nelle selve genera spontaneamente molti oleastri; e solo da pochi anni alcuni si sono dati a piantare ulivi, che con discreto successo hanno ripagato i coltivatori delle loro fatiche. Del resto i Sardi, per alimentare le lampade, in luogo dell’olio usano grasso di animali, dei quali hanno grande abbondanza. Estraggono olio anche dal seme del lentisco, mentre quello d’oliva lo fanno venire dalla Liguria e dalle isole Baleari.

Hanno moltissima cacciagione, che è l’alimento unico di molti campagnoli, soprattutto di quelli che dimorano sui monti. La

enim regio apris, cervis, damis et alio quodam animali quod mufionem vocant quodque alibi in tota Europa non invenitur, habens corium et pilos instar cervi et cornua instar arietis non longa sed retro circum aures reflexa, magnitudinem retinens mediocris cervi, quod solis herbis vescitur habitansque in montibus asperioribus, cursu praeditum velocissimo et cuius carnes bonae sunt ad vescendum.

10 Nullum gignit Sardinia lupum aut aliud huiusmodi nocens animal, sed omnium quadrupedum nocentior est vulpes, eius magnitudinis cuius est in Italia: occidit in Sardinia arietem etiam fortissimum, capram et tenellum vitulum.

Tradunt scriptores quidam in Sardinia nullum esse serpentem nec venenum ullum praeter pestilentem aërem, unde Sil<ius> Italus de ea sic scribit:

15 Serpentum tellus pura ac viduata veneno,  
sed tristes coelo et multa vitiata palude.

At alii tradunt in ea Sardoniam inveniri herbam, apiastro similem, et qui illam edunt risu perire videntur. Nam nervos et musculos contrahit et rictu diducit ora facitque morientes ridere: hinc natum est Graecum proverbium σαρδώνιος γέλως, risus Sardonius. Huius herbae Dioscorides quoque mentionem facit eamque ranunculi speciem esse dicit et qua via possit ei succurri qui eam comederit docet. Certe ego nunquam eam vidi nec homines unquam audivi ridentium more interire; audivi tamen a peritissimo artium et medicinae doctore Thoma Rocha de Ferraris eam herbam in Sardinia esse et quod ille eam viderit.

Tradiderunt quoque veteres solifugam exiguum et venenosum animal araneis seu formicis simile in ea insula inveniri, at ego nec

12. Paus. 1, 17, 6; Isid. *orig.* 14, 6, 40 13. Sil. 12, 370-371 17. Sall. *hist.* frg. 2, 10 M.; Sol. 4, 4; Isid. *orig.* 14, 6, 40 21. Diosc. *med. mat.* 2, 175, 1-2; [Id.] *Alex.* 14 27. Plin. *nat.* 22, 161 et 29, 92; Fest. p. 201 L.; Sol. 4, 3; Isid. *orig.* 14, 6, 40

2. *arg. in marg.* Mufflo singulare animal 14. Italus *edd.* : Italicus *potius scripserim* 17. *arg. in marg.* Sardonica herba

regione abbonda infatti di cinghiali, di cervi, di daini e di un altro animale particolare che chiamano muflone e che non si trova in nessun'altra parte dell'Europa: ha pelle e peli a mo' di cervo e corna a mo' di ariete, non lunghe ma ricurve all'indietro intorno alle orecchie, e la pezzatura non supera quella di un piccolo cervo; si nutre di sole erbe e vive sulle montagne più aspre, è dotato di grande velocità nella fuga e le sue carni sono buone da mangiare.

La Sardegna non genera il lupo né altro animale nocivo di questo genere, ma fra i quadrupedi il più dannoso è la volpe, che ha la dimensione di quella che vive in Italia: in Sardegna uccide l'ariete, anche il più forte, la capra e il vitellino appena nato.

Taluni scrittori narrano che in Sardegna non vi è nessun tipo di serpente né veleno alcuno eccetto un'aria pestilenziale, onde Silio Italico così scrive di essa:

Terra incontaminata dai serpenti e priva di veleno,  
ma funesta nel clima e ammorbata dalle molte paludi.

Per contro altri narrano che in essa si trova l'erba sardonica, simile all'appiastro, e quelli che la mangiano sembrano morire dal ridere. Infatti contrae nervi e muscoli e con uno stiramento spalanca la bocca e atteggia i moribondi al riso: da qui ha avuto origine il proverbio greco *sardonios ghelos*, cioè riso sardonio. Anche Dioscoride fa menzione di questa erba, che dice essere un tipo particolare di ranuncolo, e insegna in qual modo si possa portare soccorso a chi l'abbia ingerita. Veramente io non l'ho mai veduta, tanto meno ho udito di uomini che siano morti col sembiante di chi ride; ho tuttavia sentito dire dal peritissimo dottore in arti e medicina Tommaso Roca de Ferraris che in Sardegna quest'erba esiste e che egli l'avrebbe vista.

Gli antichi narrarono pure che in quest'isola si trova la solifuga, animale piccolissimo e velenoso simile ai ragni o alle formiche,

animans istud nec homines eius veneno interemptos unquam vidi. Scorpiones quidem in ea sunt, quin et serpentes, sed qui fere innoxii sunt.

Habet praeterea Sardinia flumina multa et amoena sed non  
5 profunda, quae aestatis tempore transvadari possunt.

Scribit Solinus, et vere quidem, pisculentissima stagna esse in Sardinia, praesertim iuxta civitatem Oristagn<um>. Et quod idem dicit hybernas pluvias in aestivam penuriam reservari, id hodie verum non est, quum in tota insula magna aquarum sit  
10 copia, tam fontium quam puteorum. In Calaritana quidem civitate, quae in monte est sita, cisternae sunt, sed putei intra eius moenia non desunt, praesertim tres qui pro tota civitate sufficere possent etiamsi nullae cisternae in ea essent. Deinde et in suburbiis eius aliquot sunt putei bonarum aquarum; quin et  
15 singulae fere vineae et horti suos habent puteos, tantum abest ut Sardinia aquarum laboret penuria (excepta Algeri civitate, quae aliquem defectum habet aquae cum sita sit ad littus maris inter arenam et scopulos).

Sunt quoque in Sardinia balnea multa salubrium et calidorum  
20 fontium, tametsi incolae ea non curent; quo factum est ut omnia conciderint et vix vestigia quaedam supersint. Pulcherrima balnea eaque neglecta iacent inter castrum Montis Regalis et oppidum S<ancti> Gavini.

Fabulantur quidam scriptores in Sardinia fontem esse cuius  
25 aquae fures arguunt idque hoc pacto: si latro iuraverit se furtum non admisisse eaque aqua laverit manus seu oculos, caecitate animadvertitur; sin furtum non admisit, clariores acquirit oculos. Certe huius fontis hodie nulla extat notitia.

Argenti fodinae in Sardinia ditissimae sunt, maxime apud  
30 civitatem Ecclesiarum ubi aliquantulum hodie eruitur argenti

6. Sol. 4, 5 24. Iuv. 13, 9-10; Prisc. *perieg.* vv. 466-469 B.; Sol. 4, 6-7; Isid. *orig.* 14, 6, 40

5. quae *Simon* : qui A<sup>1</sup> et *cett.* 9. *arg. in marg.* Abundat Sardinia aqua dulci  
16. Algeri *Cocco* (*cf.* *infra* 24, 3 et *ibid. in marg.*) : Algeri A<sup>1</sup> et *cett.* (Algerici A<sup>3</sup>)  
17. aliquem A<sup>2</sup> et *cett.* : alquem A<sup>1</sup> 19. *arg. in marg.* Thermae 29. *arg. in marg.* Argenti fodinae

ma io non ho mai visto né questo essere né uomini uccisi dal suo veleno. Certo vi sono scorpioni, e persino serpenti, ma sono tutti pressoché innocui.

Inoltre, la Sardegna ha fiumi numerosi e ameni, ma non profondi, che nel periodo estivo si possono attraversare a guado.

Scrive Solino, e con ragione, che in Sardegna vi sono stagni ricchissimi di pesce, specialmente nelle vicinanze della città di Oristano. Quanto poi alla sua affermazione che le piogge invernali vengono raccolte come riserva per la siccità estiva, oggi questo non risponde al vero, dal momento che in tutta l'isola vi è grande abbondanza d'acque, sia di sorgente che di pozzo. Certamente nella città di Cagliari, che è sita su un monte, vi sono le cisterne, ma non mancano entro le sue mura i pozzi, in particolare tre, che potrebbero soddisfare il fabbisogno dell'intera città anche se in essa non vi fossero cisterne. Inoltre, pure nei suoi sobborghi vi sono diversi pozzi di acqua potabile; anzi, quasi tutte le vigne e gli orti hanno i loro pozzi, tanto è lunga la Sardegna dal soffrire per penuria d'acque (fa eccezione la città di Alghero, che ha una certa carenza d'acqua essendo situata in riva al mare, fra sabbia e scogli).

In Sardegna vi sono anche numerosi bagni di acque sorgive salubri e calde, benché gli abitanti non se ne curino; e questo ha fatto sì che andassero tutti in rovina e che ne sopravviva appena qualche rudere. Bagni bellissimi, anch'essi abbandonati, giacciono tra il castello di Monreale e il paese di San Gavino.

Taluni scrittori favoleggiano dell'esistenza, in Sardegna, di una fonte le cui acque smascherano i ladri, e ciò avverrebbe in questo modo: se un ladro che ha giurato di non aver commesso il furto si lava mani o occhi con quest'acqua, viene punito con la cecità; se il furto non l'ha commesso, acquista una vista più nitida. Certamente di questa fonte non c'è oggi notizia alcuna.

In Sardegna vi sono miniere d'argento ricchissime, soprattutto presso la città di Iglesias, dove oggi si ricava una discreta quantità

paucis impensis, quod tamen in magna copia incolae effoderent si maiori uterentur industria. Alumen in Sardinia inveniri testatur Plinius, at hodie nihil tale apparet.

- Salinas vero habet magnas et inexhaustas, non in uno tantum  
 5 sed // in multis locis; meliores sunt prope Calarim, in qua civitate certis anni temporibus datur civibus sal gratis in magna copia, aliis vero venundatur vilissimo precio. Paratur autem hoc modo: ingrediuntur hyberno tempore aquae maris in certa quaedam  
 10 stagna quae et ob id salinae vocantur, ubi postea aestivo tempore ob solis fervorem coagulantur in solidissimum salem; atque mense Iulii et Augusti idem sal inde extrahitur aut magna eius pars, nam totum extrahere necessarium non est neque id sine magnis impensis fieri posset. Sunt et aliae praeter Calaritanas salinae in Sardinia, sed e quibus omnibus non extrahitur sal.
- 15 Fruuntur Sardi ubique locorum et omni tempore salubri aëre, nisi quod in quibusdam locis planis, praesertim Oristagni, ubi terra est paludinoso: ascendunt e terra vapores crassi accedenteque fervore solis corrumpitur aër et inassuetis multum obest. Incolis vero et qui a puericia inescati sunt illo aëre quique labori vacant  
 20 minime nocet, quin senes et robusti accolae ut in aliis regionibus ibi inveniuntur; at qui aliunde veniunt in Sardiniam aut delicatiori educati sunt vita facile in morbum ruunt, ubi solis ardoribus sese exponunt. Causam puto hanc esse: habet insula pinguissimum solum et planicies multas, maxime ab Oristagno usque Calarim,  
 25 et increbrescente solis ardore consurgunt vapores crassi aërem corrumpentes, quos cum delicatiora corpora ferre nequeant, facile contrahunt morbum; habent deinde ruricolae domos nullis tabulatis et contignationibus interclusas, sed tectum incumbit sine ullis interstitiis mansioni, unde fit quod calor facile infestat  
 30 totam domum et teneriora corpora laboribusque inassueta lae-

3. Plin. *nat.* 35, 184

4. *arg. in marg.* Salinae

d'argento con poca spesa; gli abitanti potrebbero tuttavia estrarne in grande abbondanza se vi mettersero maggiore impegno. Che in Sardegna si trovi allume lo attesta Plinio, oggi però questo non risulta.

Per contro ha saline vaste e inesauribili, non in una soltanto ma in molte località; le migliori sono vicino a Cagliari, nella quale città in certi periodi dell'anno il sale viene distribuito gratis in grande quantità ai cittadini, mentre in altri viene venduto a bassissimo prezzo. Si prepara dunque in questo modo: d'inverno le acque del mare vengono fatte entrare in taluni particolari stagni che appunto per questo sono detti saline, dove successivamente, nella stagione estiva, al calore del sole esse si condensano in una massa compattissima; poi, nei mesi di luglio e di agosto se ne estrae il sale o almeno la maggior parte di esso, dato che estrarlo tutto non è necessario né ciò potrebbe esser fatto senza grandi spese. Oltre a quelle cagliaritanee, in Sardegna vi sono altre saline, ma non da tutte viene estratto il sale.

I Sardi godono ovunque e in ogni stagione di aria salubre, tranne che in alcuni luoghi pianeggianti, specie a Oristano, dove la terra è paludosa: da essa esalano vapori densi e al surriscaldarsi del sole l'aria si corrompe, e per chi non vi è assuefatto è deleteria. Agli indigeni, invece, e a quelli che hanno respirato quell'aria fin dall'infanzia e che sono temprati alla fatica non nuoce minimamente, anzi vi si trovano abitanti vecchi e vigorosi come in altre regioni; ma coloro che giungono in Sardegna dall'esterno o quelli cresciuti fra le mollezze sono con facilità soggetti al morbo, qualora si esponano agli ardori del sole. Ritengo che la causa sia la seguente: l'isola ha un suolo molto pingue e numerose pianure, soprattutto da Oristano a Cagliari, e con l'arroventarsi crescente del sole si sprigionano vapori densi che corrompono l'aria: i corpi più delicati, non riuscendo a sopportarli, facilmente contraggono il morbo. I contadini poi hanno case non isolate da soffitti in legno e travature, e il tetto poggia dunque sulla dimora senza alcuna camera d'aria, onde accade che il calore facilmente infesti tutta la casa e leda i corpi in tenera età e non adusi alle fatiche. Per cui i

dit. Hinc fit quod ditiores quique et ii qui luxui vacant corporis solum hyberno et veris tempore ex civitatibus ad sua castra et oppida egrediuntur, aut si coguntur transire per Sardiniam aestatis tempore, quaerunt loca montana ubi aër salubrior est quam in planicie. Raro tamen Sardi aliqua peste laborant.

DE SARDINIAE ANTIQUIS VOCABULIS ATQUE REIPUB<LICAE> MODERATORIBUS QUOS HABUIT OLIM ET HODIE QUOQUE HABET. ITEM DE ANTIQUITATIBUS

10 Appellavit Timeus Sardiniam Sandaliotin ab effigie sandalii, hoc est soleae; Mirsilus vero et Chrysippus a similitudine vestigii Ichnusam nominarunt. Demum a Sardo Herculis filio aut nepote fuit Sardinia appellata et vulgo *Sardegna*, ut Plinius libro tertio Naturalis historiae tradit.

15 Porro quis primum in ea sibi usurparit dominium non satis constat. Sardus quidem in eam veniens veteres accolas non expulit, sed una cum illis habitavit qui antea insulam occupaverant et quorum Iohannes Anius in commentariis suis in Berosum meminit scribens Phorcum Cadossanen insulam complevisse  
20 Vetulonicis colonis. Plutarchus vero in *Vita Romuli* ostendit Tuscos primos Sardiniae fuisse colonos, sicut et Strabo dicit Iolaum invenisse in Sardinia Tuscos barbaros accolas.

Post Tuscos autem et Poenos Graeci quidam duce Aristeo memorantur ingressi in Sardiniam, sed qui et ipsi dominium  
25 insulae non occupaverunt.

Post Graecos (ut quidam sentiunt) Iberi Hispani duce Noraco dicuntur manu valida venisse in insulam atque construxisse

10-11. Tim. et Myrs. *apud* Plin. *nat.* 3, 85; Sall. *apud* Sol. 4, 1 13. Plin. *nat. l.c.* 18. Ioh. Ann. *ad Beros.* p. 241 (*cf. supra*, pp. CXXXIV-CXXXVI, nn. 88-89) 20-21. Plut. et Strab. *apud* Ioh. Ann. *l.c.* 24. Paus. 10, 17, 3-4 26. *ibid.*

11. Chrysippus *edd. pro* Crispus (*scil.* Sallustius) 19. Cadossanen *edd.* : Cadossenen *potius scripserim* 26. *arg. in marg.* Dux Noracus

più facoltosi e quelli che hanno cura per la propria persona escono dalle città per raggiungere le loro residenze e i loro borghi soltanto in inverno e primavera; oppure, se sono costretti a muoversi per la Sardegna in periodo estivo, scelgono località montane, dove l'aria è più salubre che in pianura. In ogni caso, raramente i Sardi incorrono in qualche epidemia.

## LE ANTICHE DENOMINAZIONI DELLA SARDEGNA E I GOVERNANTI CHE EBBE UN TEMPO E CHE ANCHE OGGI HA. E ALTRE COSE DEL PASSATO

Timeo chiamò la Sardegna *Sandaliotis* dalla forma di sandalo, cioè di suola; mentre Mirsilo e Crisippo<sup>1</sup>, per la somiglianza con un'impronta di piede umano, la denominarono *Ichnusa*. Infine, come tramanda Plinio nel libro terzo della *Storia naturale*, da Sardo, figlio o nipote di Ercole, fu chiamata *Sardinia*, e volgarmente *Sardegna*.

Or dunque non è del tutto chiaro chi per primo vi abbia esercitato il dominio. Certamente, al suo arrivo Sardo non ne cacciò gli antichi abitanti, ma coabitò con quelli che avevano in precedenza occupato l'isola e dei quali porta ricordo Giovanni Annio nei suoi commentari a Beroso quando scrive che Forco popolò l'isola Cadossene di coloni provenienti da Vetulonia. In effetti, nella *Vita di Romolo*, Plutarco dichiara che i primi coloni della Sardegna furono Etruschi, e similmente Strabone dice che Iolao trovò in Sardegna abitanti barbari etruschi.

Quindi, dopo gli Etruschi e i Punici, si ha memoria dell'arrivo in Sardegna di taluni Greci sotto la guida di Aristeo; tuttavia neanche questi dettennero il dominio sull'isola.

Si dice (è il parere di alcuni) che dopo i Greci gli Iberi iberici, sotto la guida di Norace, giunsero con un valente esercito nell'isola

<sup>1</sup> Errore delle fonti per Crispo (Sallustio): cfr. qui, p. CXXXIV.

Noram urbem, sed quae hodie non est in rerum natura nisi malis Nurum oppidum agreste accipere pro Nora.

- Hodie insula paret regi Hispanorum habetque passim antiquissimas ruinas in locis agrestibus et montosis instar rotundarum turrium in angustiam ascendentium, quae robustissimis saxis sunt extractae, habentes ianuas angustissimas; intra vero muri mediam latitudinem sunt gradus per quos in altum descenditur: prae se ferunt formam propugnaculorum. Incolae vocant huiusmodi ruinas nuraghos, fortassis quod reliquiae quaedam sint operum Noraci.

Plinius scribit populos fuisse in Sardinia Ilienses (ab Ilio fortassis) dictos, quos putaverim Troianos fuisse, qui eversa Troia huc venerunt. Ponit et Corsos in ea, sed quorum nullum hodie extat nomen.

- Deinde tempore quo Atheniensium res floruerunt, venerunt quoque Graeci in Sardiniam expulsisque Afris qui eam paulo ante occupaverant, ipsi in eorum successerunt locum et condiderunt Calarim civitatem.

- Aliquot annis post, quum contentio esset inter Romanos et Carthaginenses propter Sardiniam, tandem post longum bellum Romani eam sibi subiugarunt. Atque hinc est quod Plinius Calarim nominat oppidum civium Romanorum dicitque coloniam esse Romanorum ad Turrim Libisonis.

- Deficiente vero Romano imperio fuit Sardinia rursus ab Afris occupata et aliquandiu iugo // eorum obnoxia facta, donec tandem Pisani et Ligures Italiae populi, suasu Rom<anorum> pontificum magna classe Sardiniam aggressi, expulsis Afris insula potiuntur. Atque hinc putant esse quod Rom<ani> pontifices in Decretis Sardiniam appellant patrimonium S<ancti> Petri et Rom<anae> Ecclesiae.

11. Plin. *nat.* 3, 85    21. *ibidem*

1. quae A<sup>2</sup> et *cett.* : que A<sup>1</sup>    9. nuraghos A<sup>3</sup> *Simon* (nuragos *Cocco*) : muraghos A<sup>1</sup>A<sup>2</sup>    18. *arg. in marg.* Calaris

e che vi edificarono la città di Nora; questa però non risulta essere mai esistita, sempre che per Nora non si voglia intendere il villaggio agreste di Nuro.

Oggi l'isola è sottomessa al re di Spagna e ha disseminate nei luoghi agresti e montuosi rovine antichissime a guisa di torri circolari rastremate verso l'alto, che sono costruite con massi robustissimi e hanno porte angustissime; al centro dello spessore del muro vi sono poi gradini che portano sulla sommità: hanno l'aspetto di fortezze. Gli indigeni chiamano questo tipo di rovine nuraghi, forse perché sono ciò che resta delle opere di Norace.

Plinio scrive che in Sardegna ci furono popoli detti Iliensi (forse da Ilio), che sarei portato a credere esser stati Troiani che vi giunsero dopo la distruzione di Troia. Egli pone in essa anche i Corsi, ma di questi oggi non resta alcuna traccia.

In seguito, al tempo in cui lo Stato degli Ateniesi era fiorente, vennero in Sardegna anche i Greci e, cacciati gli Africani che poco prima l'avevano occupata, subentrarono al loro posto e fondarono la città di Cagliari.

Alquanti anni dopo, sorta rivalità tra Romani e Cartaginesi per il possesso della Sardegna, dopo una lunga guerra alla fine i Romani la sottomisero a sé. Ed è da ciò che Plinio chiama Cagliari città di cittadini romani e dice che una colonia romana si trovava presso *Turris Libisonis*.

Ma decadendo l'impero romano la Sardegna venne occupata di nuovo dagli Africani e per un certo tempo rimase soggetta a loro finché infine i Pisani e i Liguri, popoli dell'Italia, spinti dai pontefici romani attaccarono la Sardegna con una grande flotta ed espulsi gli Africani si impadronirono dell'isola. E proprio questo si ritiene il motivo per cui i pontefici romani nei Decreti chiamano la Sardegna patrimonio di San Pietro e della Chiesa di Roma.

Obtenta autem Sardinia, Pisani et Ligures dividunt eam inter se, partem unam Caput Calaris vocitantes et alteram Caput Lugudoris, quam et Ligures sibi retinuerunt. Habebant tunc Sardi quoque suos iudices habitantes in Oristagn<o>, qui locus antea  
 5 dictus fuit Arborea, et hi foedus habuerunt cum Pisanis et Genuensibus. Quin et Brancha Doria Genuensis quidam magnum obtinet dominium in Sardinia, nempe in Lugudoris Capite, eiusque leges pro parte adhuc servantur in quibusdam locis. Sicut et in civitate Ecclesiarum quaedam leges Italica lingua, eo tempore  
 10 quando Pisani ibi rerum potiebantur, sunt conscriptae et adhuc in eo loco servantur. Sic et iudices Arboreae reliquerunt post se leges lingua Sardoia in uno volumine conscriptas, quae hodie in tota fere Sardinia in causis rerum et rusticarum personarum servantur vocanturque *Carta de Logu*.

15 Labentibus postmodum annis, quum Pisani Rom<ano> pontifici ob certas causas inobedientes essent, pontifex Sardiniam proscripsit eamque quodammodo in feudum dedit Petro vel, ut Volateranus habet, Iacobo Aragonum regi. Rex itaque collecto exercitu insulam ingreditur, Calaritanam expugnat urbem et  
 20 Pisanos expellit et postea paulatim Genuenses quoque suo in Sardinia exuit dominio et loco iudicum, qui in quibusdam locis Sardiniae imperabant, constituit barones. Ex Arboreae vero iudicatu fecit marchionatum et regionem illam cuidam ex suis subditis dedit in feudum sicque Sardinia tota facta est regum  
 25 Aragoniae, qui et hucusque pacifice eam possederunt.

Hodie praesidet ei D<on> Antonius de Cardona, vir nobilis genere et moribus, cognatus Caroli quinti Rom<anorum> imperatoris et regis Hispaniae, cuius vices gerit in Sardinia prudenter in ea administrans rempublicam.

18. Raph. Maff. *comm. urb.* c. 87v (*cf. supra*, pp. CXXXVIII-CXXXIX, *nota* 91)

1. *arg. in marg.* Divisio Sardiniae 3. Lugudoris *scr.* (*cf.* 6, 3 *et in marg.*; 18, 7; 34, 23) : Lugudori *edd.*

Conquistata dunque la Sardegna, i Pisani e i Liguri se la spartirono fra loro, denominando una parte Capo di Cagliari e l'altra Capo di Logudoro, che i Liguri tennero per sé. In quel tempo anche i Sardi avevano loro giudici che risiedevano a Oristano, località che prima era detta Arborea, e questi strinsero alleanza con Pisani e Genovesi. E appunto un genovese, Branca Doria, ottenne un vasto dominio in Sardegna, ovviamente nel Capo di Logudoro, e le sue leggi parzialmente sono ancora in vigore in alcune località. Come anche nella città di Iglesias, al tempo in cui vi dominavano i Pisani, furono redatte alcune leggi in lingua italiana e lì ancora vengono osservate. Parimenti anche i giudici d'Arborea tramandarono ai posteri delle leggi in lingua sarda raccolte in un volume, che oggi sono osservate in quasi tutta la Sardegna, nelle cause relative al patrimonio e alle persone dei contadini, e sono chiamate *Carta de Logu*.

Poi, col passar degli anni, essendosi i Pisani ribellati per determinati motivi al romano pontefice, costui proscrisse la Sardegna e in qualche modo la diede in feudo a Pietro o, come riporta il Volterrano, a Giacomo re d'Aragona. E così, raccolto l'esercito, il re entrò nell'isola, espugnò la città di Cagliari e ne cacciò i Pisani e poi, a poco a poco, spogliò anche i Genovesi del loro dominio in Sardegna e al posto dei giudici, che signoreggiavano in alcune zone, istituì i baroni. Dal giudicato d'Arborea creò quindi il marchesato e diede in feudo quella regione a uno dei suoi sudditi, cosicché l'intera Sardegna divenne dei re d'Aragona che l'hanno posseduta pacificamente fino ai nostri giorni.

Oggi la governa don Antonio de Cardona, uomo nobile per nascita e costumi, congiunto dell'imperatore dei Romani e re di Spagna Carlo quinto, che egli rappresenta in Sardegna curandovi con saggezza l'amministrazione della cosa pubblica.

## DE SARDINIAE CIVITATIBUS

Est Sardinia mediocriter populosa habens civitates non paucas, inter quas Calaris (vulgo *Cagler*) nobilior et ditior est, sita in monte iuxta mare Africam respiciens, magnum et pulcherrimum habens portum, in quo semper varia navium genera inveniuntur ultro citroque in orientem et occidentem velitantia mercesque portantia. Habet urbs ista tria suburbia (ut pictura eius hic adiecta explicat) cingiturque munitissimis moenibus. Residet fere semper in ea prorex una cum baronibus, comitibus et multis divitibus.

Habet autem civitas ipsa suam reipub<licae> administrationem, in quam nec rex Aragoniae neque prorex eius se intromittit, sed ex ipsis civibus quotannis sorte quinque eliguntur consules quos *conseglers* appellant, qui per civitatem officii insignia portant et soli reipub<licam> administrant eiusque redditus, qui multi sunt, dispensant distribuuntque pro sua prudentia, utentes civium consilio et in cunctis ad publicam respicientes utilitatem; habent in quibusdam casibus legum condendarum potestatem possuntque poenam mortis et mutilationis membrorum statuere.

Habet civitas multa privilegia multasque immunitates quas Calaritani olim obtinuerunt a regibus Aragoniae ob suam singularem fidelitatem. At hodie, quando non solliciti sunt de republica sed magis privatum considerant commodum, ut ubique fere fieri solet, omnia ruunt in peius: incolae bonas literas contemnunt, satis sibi esse putantes si vel a limine Latinam salutaverint linguam intellexerintque obiter imperatorum leges et pontificum decreta quo rem suam familiarem locupletiores reddant; Galenum et Avicennam tam oscitanter legunt ut inde

3. *arg. in marg.* Calaris 14. *conseglers Cocco* : *consegles A<sup>1</sup> et cett.* 21. *arg. in marg.* Privilegia civitatis

## LE CITTÀ DELLA SARDEGNA

La Sardegna è scarsamente popolata pur avendo non poche città, fra le quali la più nobile e ricca è Cagliari (volgarmente *Caglier*): sita su un monte vicino al mare, di rimpetto all'Africa, ha un porto grande e bellissimo nel quale si trovano sempre imbarcazioni di vario tipo che veleggiano da una parte e dall'altra, verso oriente e occidente, cariche di merci. Questa città ha tre sobborghi (come illustra la sua raffigurazione qui acclusa) ed è cinta da munitissime mura. In essa risiede pressoché sempre il vicerè insieme con i baroni, i conti e molti possidenti.

La medesima città ha comunque un'amministrazione autonoma della cosa pubblica, nella quale né il re d'Aragona né il suo vicerè si intromettono: fra gli stessi cittadini vengono scelti annualmente mediante sorteggio cinque consoli che chiamano *consegliers*, i quali portano per la città le insegne della carica, amministrano da soli il patrimonio comune e ripartiscono e distribuiscono ponderatamente i relativi redditi – che sono cospicui – avvalendosi del consulto dei cittadini e sempre con riguardo verso la pubblica utilità; in casi particolari hanno la potestà di promulgare leggi e possono sancire la pena di morte e della mutilazione di membra.

La città ha molti privilegi e molte immunità che i Cagliaritari ottennero un tempo dai re d'Aragona per la loro singolare fedeltà. Ma oggi, quando non sono solerti nei riguardi della cosa pubblica ma guardano maggiormente al privato interesse (come suole accadere pressoché ovunque), tutto va in malora: gli abitanti disprezzano le buone lettere, convinti che sia loro sufficiente salutare appena la lingua latina dalla soglia e comprendere le leggi degli imperatori e i decreti dei pontefici quel tanto che serve per incrementare il patrimonio di famiglia; leggono Galeno e Avicenna con

paucis consulant aegrotis. Luxus, pompa et crassa ignorantia in civitatibus hodie multorum malorum sunt seminaria. Det illis Dominus spiritum salutarem sine quo omnia perverso aguntur ordine. Nam ubi ille non regnat, sapientia habetur pro stulticia et  
 5 iusticia pro saevitia; atque ibi necesse est ut cives mutuis laborent odiis, utantur proditionibus falsisque attestationibus et quisque alterum devorare contendat, maxime autem boni viri periclitentur corpore et rerum iactura. Sed redeamus ad Calarim.

Prope hanc urbem maximae sunt salinae, crescit ibi optimum vinum album et rubrum. Summum templum et turre  
 10 eius magnificas extruxerunt Pisani. Reliqua patent ex pictura et descriptione eius.

Oristagn<um> civitas metropolitana, sita in solo plano et parum distans a mari, portum habet occidentem respiciens  
 15 estque aër in ea insalubris ob paludes et stagna, atque ob id non est multum populosa (stagna eius sunt pisculentissima); maior Sardiniae fluvius prope eam labitur. Est // in hac urbe magna Crucifixi statua aliquantulum vetusta, quam ferunt factam a Nicodemo, atque ob id in magna est populi veneratione. Fuit  
 20 olim regio illa Arborea appellata, nunc autem marchionatus Oristagni vocatur; et cum marchio quidam rebellaret regi Aragoniae, privatus fuit dominio suo factusque est rex immediatus dominus civitatis.

Turris civitas, teste Plinio, Romanorum fuit colonia; Ptolemaeus appellat eam Turrim Bissonis sitaque erat in plaga aquilonari  
 25 ad littus maris, cuius ruinae adhuc extant et appellatur Portus Turris. Ea destructa, Sassari civitas fuit extructa distans tamen ab ea 12 miliaribus, habens solum amoenum et pulcherrimis irriguum fontibus, abundans multis et bonis frugibus. Est tamen  
 30 parum munita, unde et annis superioribus sub Francisco Gal-

24. Plin. *nat.* 3, 85; Ptol. *geogr.* 3, tab. 7

1. *arg. in marg.* Ignorantia mater errorum    8. corpore A<sup>2</sup> et *cett.* : copore A<sup>1</sup>    13. *arg. in marg.* Oristagn<um>    24. *arg. in marg.* Turris civitas | Ptolemaeus A<sup>2</sup>A<sup>3</sup> (*cf. supra* 4, 5) : Ptolomaeus A<sup>1</sup> et *cett.*

tale indolenza da trarne materia per curare pochi malati. Lusso, sfarzo e crassa ignoranza sono oggi, nelle città, scaturigine di molti mali. Il Signore dia loro lo Spirito di salvezza senza il quale tutte le cose vengono sovvertite. Infatti, dove Egli non regna, la saggezza viene presa per stoltezza e la giustizia per crudeltà; e a quel punto è inevitabile che i cittadini siano tormentati da odi reciproci, ricorran a tradimenti e false testimonianze e che ciascuno tenda a divorare l'altro, mentre sono soprattutto i galantuomini a rischiare di rimetterci la vita e il patrimonio. Ma torniamo a Cagliari.

Nei pressi di questa città ci sono vastissime saline; vi si produce ottimo vino, bianco e rosso. I Pisani edificarono la chiesa cattedrale e le sue magnifiche torri. Tutto il resto risulta dal disegno e dalle relative didascalie.

Oristano, città metropolitana sita su un terreno pianeggiante e poco distante dal mare, ha un porto che guarda verso occidente e la sua aria è insalubre a causa di paludi e stagni, e per tale motivo non è molto popolata (i suoi stagni sono ricchissimi di pesce); vicino ad essa scorre il maggiore fiume della Sardegna. In questa città c'è una grande statua del crocefisso alquanto antica che dicono fatta da Nicodemo ed è perciò oggetto di grande venerazione popolare. La regione un tempo era denominata Arborea, ora invece viene chiamata Marchesato di Oristano; e poiché un marchese si era ribellato al re d'Aragona, fu privato del suo dominio e il re divenne il diretto signore della città.

La città di Torres, come attesta Plinio, fu colonia romana; Tolomeo la chiama *Turris Libisonis* ed era sita nella zona nord, presso la costa: le sue rovine sono ancora visibili ed è chiamata Porto Torres. Distrutta questa, venne costruita, ma a 12 miglia di distanza, la città di Sassari, che ha un suolo ridente e irriguo di bellissime fonti, ricco di molti e buoni prodotti. È però poco fortificata, ragion per cui qualche anno fa, sotto Francesco re di

liarum rege ob negligentem custodiam magistratus fuit a Gallis direpta, licet illico a Sardis recuperata expulsis Gallis.

Algher civitas est nova, parva, populosa tamen et munitissima, domibus et aedificiis pulchris ornata, cuius incolae fere  
5 omnes Tاراconenses sunt etc.

Habet Sardinia et alias civitates, oppida et villas, sed quarum mentionem hic non faciemus brevitatis studentes. Si Dominus requiem et ocium dederit, prolixiorem de rebus Sardorum scribemus historiam.

## 10 DE CALARI METROPOLI SARDINIAE

Calaris, Sardiniae primaria civitas (hic quoad fieri potuit genuina pictura expressa), dividitur in quatuor partes: media, quae fortissimo septa est muro, proprie vocatur Calaris, ea vero quae orientem spectat appellatur Villa Nova, Latine Novum  
15 Oppidum, ea vero pars quae meridiem respicit atque mare Mediterraneum vocatur *La Gliapola* seu *La Marina* et quae ad occidentem vergit Stampax nominatur suntque hae tres partes suburbia quaedam et appendices Calaritanæ urbis, quarum præcipua aedificia iam sigillatim explicabo.

### 20 Calaris:

- A Turris S<ancti> Brancatii magna et pulcherrima totaque fere marmorea.
- B Turris bellicarum munitio.
- 25 C Portæ S<ancti> Brancatii, ubi sunt tres murorum portæ, una post aliam, per quas in civitatem introitus patet.

Francia, a causa della negligente difesa del governatore fu predata dai Francesi, benché presto recuperata dai Sardi, avendoli cacciati.

Alghero è una città nuova, piccola, nondimeno popolosa e fortificatissima, adorna di belle case ed edifici, i cui abitanti sono quasi tutti Tarragonesi etc.

La Sardegna ha poi altre città, paesi e villaggi, dei quali però non faremo qui menzione per amore di brevità. Se il Signore mi darà tranquillità e tempo, scriverò un resoconto più dettagliato delle cose dei Sardi.

## CAGLIARI METROPOLI DELLA SARDEGNA

Cagliari, la città più importante della Sardegna (qui rappresentata con un disegno aderente alla realtà, per quanto è stato possibile), si divide in quattro parti: quella centrale, che è cinta da un muro fortissimo, viene detta propriamente Cagliari; quella che invece è rivolta verso oriente è chiamata Villa Nova, in latino *Novum Oppidum*; la parte che guarda poi verso il meridione e il mare Mediterraneo viene detta La Lapola o La Marina e quella che volge a occidente è denominata Stampace. Queste tre parti sono come sobborghi e appendici della città cagliaritana. Di tutte ora illustrerò singolarmente gli edifici principali<sup>2</sup>.

Cagliari:

- A La grande e bellissima e quasi interamente marmorea torre di San Pancrazio.
- B La torre delle munizioni belliche.
- C Le porte di San Pancrazio, dove ci sono tre porte delle mura, una di seguito all'altra, attraverso le quali si apre l'ingresso alla città.

<sup>2</sup> La pianta di Cagliari si può vedere nella sovracopertina del presente volumetto e *infra*, a p. 48.

- D Hic est fons publicus satis exuberans dictus fons S<ancti> Brancatii.
- E Sancta Lucia, monasterium monacharum.
- F Palatium regium, ubi prorex habitat.
- 5 <G> [...]
   
H Cathedrale seu archiepiscopale templum.
   
I Carceres publici.
   
K Domus senatoria, quam Civitatis domum vocant.
   
L Civitatis platea.
- 10 M Vicus Iudaeorum, ubi scilicet olim Iudaei habitaverunt.
   
N Templum S<anctae> Crucis, ubi olim synagoga fuit Iudaeorum: hodie vero schola ibi est publica grammaticae.
   
O Propugnaculum S<anctae> Crucis.
   
P Fons S<anctae> Crucis largiter aquam propinans.
- 15 Q Propugnaculum novum.
   
R Turris nova et magna, Elephantis dicta, tota fere marmorea.
   
S Propugnaculum Elephantis.
   
T Lanienae hic sunt.
   
V Portae Calaris, ubi quatuor sunt ordines murorum cum quatuor portis.
- 20 X Platea seu forum caseorum.
   
Y Fons publicus aqua inundans.
   
Z Propugnaculum portae magnum.

Villae Novae insigniora aedificia:

- 25 A Hic rupibus nititur murus Calaritanus.
   
B Porta *Cabaniās*.
   
C S<ancti> Iohannis templum.
   
D Dominicastrorum monasterium.

- D Qui vi è una pubblica fonte piuttosto rigogliosa, detta fonte di San Pancrazio.
- E Santa Lucia: monastero di monache.
- F Il palazzo regio, dove abita il vicerè.
- <G> [...]
- H La chiesa cattedrale o arcivescovile.
- I Le carceri pubbliche.
- K La casa senatoria, che chiamano Casa di città.
- L La piazza civica.
- M La via dei Giudei: s'intende, dove un tempo abitavano i Giudei.
- N La chiesa di Santa Croce, dove un tempo vi era la sinagoga dei Giudei: oggi invece vi è la scuola pubblica di grammatica.
- O Il bastione di Santa Croce.
- P La fonte di Santa Croce, che dà acqua a profusione.
- Q Il bastione nuovo.
- R La torre nuova e grande, detta dell'Elefante, quasi tutta marmorea.
- S Il bastione dell'Elefante.
- T Qui ci sono i macelli.
- V Le porte di Cagliari, dove si trovano quattro ordini di mura con quattro porte.
- X La piazza o mercato dei formaggi.
- Y Una fonte pubblica che trabocca d'acqua.
- Z Il grande bastione della porta.

Edifici più notevoli di Villa Nova:

- A Qui il muro perimetrale di Cagliari poggia sulle rocce.
- B La porta *Cabanias*.
- C La chiesa di San Giovanni.
- D Il monastero dei Domenicatri.

- E Parochialis ecclesia Sancti Iacobi.  
 F Fons publicus aqua abundans.

Gliapola seu Marina:

- A Propugnaculum quod vulgo *Turrio de Glevant* vocant.  
 5 B *Turrio* seu propugnaculum S<ancti> Augustini.  
 C Platea Gliapolae. //  
 D Vicus Barchinonensis, vulgo *Carrer de Barselona*.  
 E S<ancta> Eularia, parochia.  
 F Hospitale S<ancti> Antonii.  
 10 G Sancti Leonhardi templum.  
 H Supplicii locus.

Stampax suburbium habet haec insigniora loca:

- A Stampacis platea et publicus locus.  
 B S<ancta> Clara: monialium clausura.  
 15 C Parochia Stampacis.

Alia quaedam loca extra Calarim:

- 1 S<anctae> Mariae Bonairae, id est boni aëris, monasterium. //  
 2 Templum S<anctae> Mariae Portus.  
 20 3 Iesus: monasterium Franciscanorum de Observantia.  
 4 Sancti Augustini monasterium.  
 <5> [...]   
 6 *Palisada*, id est mare palis septum.

2. nota "F" deest in pictura 22. edd. omm. didascaliam ad templum notatum "5" in pictura 23. haec didascaliam ad "6" in pictura : perper. sub "5" edd.

- E La chiesa parrocchiale di San Giacomo.
- F Una fonte pubblica che abbonda d'acqua.

Lapola o Marina:

- A Il bastione che chiamano volgarmente *Turrio de Glevant*.
- B Il *Turrio* o bastione di Sant'Agostino.
- C La piazza di Lapola.
- D La via Barcellonaese, volgarmente *Carrer de Barselona*.
- E Santa Eulalia: parrocchia.
- F L'ospedale di Sant'Antonio.
- G La chiesa di San Leonardo.
- H Il luogo del supplizio.

Questi i luoghi più notevoli del sobborgo Stampace:

- A La piazza e il luogo di ritrovo di Stampace.
- B Santa Chiara: clausura delle monache.
- C La parrocchia di Stampace.

Alcuni altri luoghi fuori Cagliari:

- 1 Il monastero di Santa Maria di Bonaria, cioè dell'aria buona.
- 2 La chiesa di Santa Maria del Porto.
- 3 Gesù: monastero dei Francescani d'Osservanza.
- 4 Il monastero di Sant'Agostino.
- <5> [...]
- 6 La palizzata, cioè il mare racchiuso da pali.

## DE SARDORUM LINGUA

Habuerunt quidem Sardi olim linguam propriam, sed quum diversi populi immigraverint in eam atque ab exteris principibus eius imperium usurpatum fuerit (nempe Latinis, Pisanis, Genuensibus, Hispanis et Afris), corrupta fuit multum lingua eorum, relictis tamen plurimis vocabulis quae in nullo inveniuntur idiomate. Latini sermonis adhuc multa tenet vocabula, praesertim in Barbariae montibus, ubi Rom<anorum> imperatores militum habebant praesidia, ut l. 10 II c. *de officio praefecti prae<torio> Afric<ae>*. Hinc est quod Sardi in diversis locis tam diverse loquuntur, iuxta quod tam varium habuerunt imperium, etiamsi ipsi mutuo sese recte intelligant.

Sunt autem duae praecipuae in ea insula linguae, una qua utuntur in civitatibus et altera qua extra civitates: oppidani loquuntur fere lingua Hispanica, Tarraconensi seu Catalana, quam didicerunt ab Hispanis, qui plerumque magistratum in eisdem gerunt civitatibus; alii vero genuinam retinent Sardorum linguam. En habes utriusque linguae discrimen in Dominica oratione:

Pater noster qui es in coelis,  
*Pare nostre che ses en los cels,*  
*Babu nostru sughale ses in sos chelus,*

sanctificetur nomen tuum,  
 25 *sia santificat lo nom teu,*  
*santu siada su nomine tuo,*

10. *Cod. Iust.* 1, 27, 2, 3

22. *arg. in marg.* Civitatensis (*scil.* lingua) 23. *arg. in marg.* Sardorum communior lingua 25. *santificat* A<sup>2</sup> *et cett.* : *sant.ficat* A<sup>1</sup>

## LA LINGUA DEI SARDI

Certamente i Sardi ebbero un tempo una lingua propria, ma poiché diversi popoli immigrarono nell'isola e il suo governo fu assunto da sovrani stranieri (vale a dire da Latini, Pisani, Genovesi, Spagnoli e Africani), la loro lingua fu pesantemente corrotta, pur rimanendo un gran numero di vocaboli che non si ritrovano in alcun idioma. Ancor oggi essa conserva molti vocaboli della parlata latina, soprattutto sui monti della Barbagia, dove i comandanti dei Romani avevano presidi militari, come (si legge) nel l. II. c. *Sull'ufficio del prefetto del pretorio d'Africa*. È per questo che i Sardi, a seconda delle zone, parlano in maniera tanto diversa: appunto perché ebbero una dominazione così varia; ciò nonostante, fra loro si comprendono perfettamente.

In questa isola vi sono comunque due lingue principali, una che si usa nelle città e un'altra che si usa al di fuori delle città: i cittadini parlano comunemente la lingua spagnola, tarragonese o catalana, che appresero dagli Ispanici, i quali ricoprono in quelle città la gran parte delle magistrature; gli altri, invece, conservano la lingua genuina dei Sardi. Ecco qui la differenza delle due lingue nell'orazione del Signore:

Pater noster qui es in coelis,  
*Pare nostre che ses en los cels,*  
*Babu nostru sughale ses in sos chelus,*

sanctificetur nomen tuum,  
*sia santificat lo nom teu,*  
*santu siada su nomine tuo,*

adveniat regnum tuum,  
*venga lo regne teu,*  
*bengiad su rennu tuo,*

fiat voluntas tua,  
 5 *fasase la voluntat tua,*  
*faciadsi sa voluntade tua,*

sicut in coelo et in terra,  
*axicom en lo cel i en la terra,*  
*comenti in chelo et in sa terra,*

10 panem nostrum cotidianum da nobis hodie  
*lo pa nostre cotidia dona a nosaltres hui*  
*su pane nostru dogniedie dona a nosatoros hoè*

et dimitte nobis debita nostra  
*i dexia a nosaltres los deutes nostres*  
 15 *et lassa a nosateros is debitus nostrus*

sicut et nos dimittimus debitoribus nostris  
*axicom i nosaltres dexiam als deutors nostres*  
*comente e nosateros lassaos a is debitores nostrus*

et ne nos inducas in tentationem,  
 20 *i no nos induescas en la tentatio,*  
*e no nos portis in sa tentatione,*

sed libera nos a malo,  
*mas liura nos del mal,*  
*impero libera nos da su male,*

adveniat regnum tuum,  
*venga lo regne teu,*  
*bengiad su rennu tuo,*

fiat voluntas tua,  
*fásase la voluntat tua,*  
*faciadsi sa voluntade tua,*

sicut in coelo et in terra,  
*axicom en lo cel i en la terra,*  
*comenti in chelo et in sa terra,*

panem nostrum cotidianum da nobis hodie  
*lo pa nostre cotidia dona a nosaltres hui*  
*su pane nostru dogniedie dona a nosatoros hoæ*

et dimitte nobis debita nostra  
*i dexia a nosaltres los deutes nostres*  
*et lassa a nosateros is debitus nostrus*

sicut et nos dimittimus debitoribus nostris  
*axicom i nosaltres dexiam als deutors nostres*  
*comente e nosateros lassaos a is debitores nostrus*

et ne nos inducas in tentationem,  
*i no nos induescas en la tentatio,*  
*e no nos portis in sa tentatione,*

sed libera nos a malo,  
*mas liura nos del mal,*  
*impero libera nos da su male,*

quia tuum est regnum, gloria et imperium  
*perche teu es lo regne, la gloria i lo imperii*  
*poiteo tuo esti su rennu, sa gloria e su imperiu*

in secula seculorum.

- 5 *en los sigles de les sigles.*  
*in sos seculos de sos seculos.*

Amen.

*Amen.*

*Amen.*

## 10 DE MAGISTRATIBUS SARDINIAE, INCOLARUM NATURA, MORIBUS, LEGIBUS ET RELIGIONE

- Multi sunt in Sardinia magistratus. Omnium supremus est prorex seu vicerex, qui omnem fere regis tenet auctoritatem et solus Hispanus hunc magistratum gerere potest, secundum  
 15 antiquas constitutiones; habet a rege assignatum assessorem iuris u<triusque> doc<toem> quem regentem ibi appellant; habet praeterea et alios consiliarios, quorum consilio omnia fere disponit appellaturque eius tribunal Regia audientia. Olim hunc magistratum iuxta privilegium regni nullus poterat gerere nisi per  
 20 triennium, de//inde alius succedebat in locum eius; nunc autem in eo officio multis temporibus quis persistit ut regi placet.

- Cumque Sardinia in duas partes sit divisa, nempe in Caput Calaris et Caput Lugudoris, unaquaeque suum habet gubernatorem, nec refert an is Hispanus sit aut Sardus; praesente tamen  
 25 vicerege ille nullam habet auctoritatem, absente vero prorege

5. les *Simon Cocco* : le A<sup>1</sup> et cett. 6. de sos seculos *Simon Cocco* : de sos seculos A<sup>1</sup> et cett. 13. arg. in marg. Vicerex

quia tuum est regnum, gloria et imperium  
*perche teu es lo regne, la gloria i lo imperii*  
*poiteo tuo esti su rennu, sa gloria e su imperiu*

in secula seculorum.  
*en los sigles de les sigles.*  
*in sos seculos de sos seculos.*

Amen.

*Amen.*

*Amen.*

## I MAGISTRATI DELLA SARDEGNA, LA NATURA DEGLI ABITANTI, I COSTUMI, LE LEGGI E LA RELIGIONE

Molti sono in Sardegna i magistrati. Sopra a tutti è il pròre o vicerè, che del re detiene quasi tutto il potere e, stando alle antiche costituzioni, solo un Ispanico può ricoprire questa magistratura; costui ha assegnato dal re un assessore, dottore in entrambi i diritti, che li chiamano reggente; ha inoltre altri consiglieri col consulto dei quali decide praticamente tutto e il suo tribunale è denominato Regia udienza. Secondo una legge speciale del regno, prima nessuno poteva ricoprire questa magistratura per più di tre anni, quindi un altro subentrava al suo posto; ora, invece, c'è chi rimane in tale carica per molto tempo, a discrezione del re.

Essendo la Sardegna divisa in due parti, ovvero nel Capo di Cagliari e nel Capo di Lugudoro, ciascuna di esse ha un suo governatore, e non fa differenza se sia Ispanico o Sardo; presente il vicerè, il governatore non ha però alcuna autorità, mentre l'ha

gubernator omnem habet auctoritatem; sed licet provocare ab eo ad viceregem. Committit rex hoc gubernationis officium cui vult, quique idoneus ad id gerendum videtur.

- 5 Est et alius in civitatibus magistratus qui ab incolis *vigher* appellatur, qui etiam praesente vicerege sua non privatur iuris dictione, tam in causis capitalibus et poenis infligendis quam in aliis controversiis; durat solum per unum annum idque propter insolentiam quorundam qui huic praefuerunt officio, deinde ut et reliqui cives hoc officio potiri queant (olim duravit 10 quinquennio, deinde triennio). Concedit rex aut prorex hanc functionem singulis civitatibus habentque singuli qui eiusmodi officio praesunt assessorem unum utriusque iuris peritum.

Sunt adhuc et alii magistratus minores, sed quos hic brevitatis gratia missos facio.

- 15 Ecclesiastici magistratus in Sardinia sunt constituti iuxta papae decreta. Nam sunt in ea tres archiepiscopi, nempe Calaritanus, Arborensis et Turritanensis seu Sassarensis, qui et nonnullos sub se habent episcopos.

- 20 Est quoque ibi inquisitor generalis contra haereticos, apostatas et maleficos, secundum Hispaniae mores et constitutiones, ultra ea quae iure communi imperatorum et pontificum inquisitoribus sunt concessa. Habet iste immensa privilegia nec 25 quenquam praeter Hispaniae supremum inquisitorem, cuius est delegatus, agnoscit superiorem in Sardinia. Constituit ipse quoque sub se alios inquisitores et ministros, quorum omnium iudex ipse est, qui tanta severitate contra suspectos procedunt ut paucis verbis exprimi nequeat; nam miseros homines multis annis in carcere detinent, examinant et torquent prius quam eos 30 vel damnent vel absolvant. Habent autem de his rebus libros impressos, ut *Malleum maleficarum*, *Directorium inquisitorum*

16. *arg. in marg.* Archiepiscopatus

30. maleficarum A<sup>2</sup> et cett. : maleficarum A<sup>1</sup>

piena in sua assenza; è tuttavia possibile fargli ricorso appellandosi al vicerè. Il re affida questa carica di governo a chi vuole, basta che la persona gli sembri idonea a esercitarla.

Nelle città vi è pure un altro magistrato, che dagli abitanti è chiamato *vigher*, il quale anche in presenza del vicerè non viene privato della sua giurisdizione, tanto nelle cause capitali e nell'infliggere le pene quanto nelle altre controversie; resta in carica soltanto un anno, e ciò a causa dell'insolenza di taluni che presiedettero a questo ufficio e poi perché anche altri cittadini possano riuscire ad ottenerlo (un tempo durava un quinquennio, in seguito un triennio). Il re, o il vicerè, concede tale adempimento alle singole città, e ogni unità che è preposta a siffatto ufficio ha un assessore perito in entrambi i diritti.

Vi sono ancora altri magistrati minori, sui quali però qui sorvolo per ragioni di brevità.

Le cariche ecclesiastiche in Sardegna sono regolate secondo i decreti del papa. Infatti vi sono tre arcivescovi, ovvero il Cagliariitano, l'Arborense e il Turritano o Sassarese, i quali hanno sotto di sé alcuni vescovi.

Vi è anche un inquisitore generale contro gli eretici, gli apostati e gli accusati di stregoneria secondo le consuetudini e le costituzioni di Spagna, con poteri che vanno oltre quelli concessi agli inquisitori dal diritto comune degli imperatori e dei pontefici. Costui ha immensi privilegi e non riconosce alcun superiore in Sardegna, tranne il supremo inquisitore di Spagna del quale è un delegato. Egli istituisce a sua volta altri inquisitori e ministri subalterni dei quali è giudice sovrano, che procedono contro i sospettati con una severità tale da non potersi esprimere in poche parole; infatti detengono in carcere i malcapitati per molti anni, li interrogano e li torturano prima di condannarli o assolverli. Su queste pratiche dispongono di libri a stampa, come *Il maglio delle streghe*,

et nonnullos alios, item instructiones secretas et multa alia quae ex ipsorum pendent arbitrio.

Habent praeterea Sardi et Cruciatæ commissarium qui nullum praeter Romanum pontificem agnoscit superiorem etc.

- 5 Caeterum quantum attinet ad mores et naturam Sardorum, noveris eos esse corpore robustos, agrestes et laboribus assuetos, praeter paucos luxui deditos. Literarum studio parum sunt intenti, venationi autem deditissimi sunt. Multi pecuariam faciunt rem, agresti cibo et aqua contenti. Qui in oppidis et villis habitant  
10 pacifice inter se vivunt, advenas amant et humaniter tractant. Vivunt in diem vilissimoque vestiuntur panno.

- Bella nulla habent neque multa arma et, quod mirandum est, nullum habent artificem in tam ampla insula qui enses, pugiones et alia fabricet arma, sed haec petunt ex Hispania et  
15 Italia. Utuntur plerunque balistis, maxime in venationibus, et si quando piratae, Turcae aut Afri illuc veniunt praedam abacturi, facile a Sardis in fugam vertuntur aut captivi detinentur.

- Sunt Sardi optimi equites. Sunt ob solis ardorem subfusci coloris. Vivunt bene secundum legem naturae, optime victuri  
20 si synceros haberent verbi Dei praecones.

- Cum rustici diem festum alicuius sancti celebrant, audita missa in ipsius sancti templo tota reliqua die et nocte saltant in templo, prophana cantant, choreas viri cum foeminis ducunt, porcos, arietes et armenta mactant magnaue laetitia in  
25 honorem sancti vescuntur carnibus illis. Sunt etiam multi qui pecus aliquod saginant in honorem certi alicuius sancti ut illud in fano eius potissimum in sylvis extracto et festa die devorent; et si familia minor fuerit ad esum pecoris, convocant et alios ad convivium illud quod in fano celebrant ne quid residui  
30 maneat.

5. *arg. in marg.* Mores (noctu A<sup>3</sup>) : nocta A<sup>1</sup>

21. *arg. in marg.* Superstitio

22. nocte A<sup>2</sup> et cett.

il *Manuale degli inquisitori* e diversi altri, così come di disposizioni segrete e di molti altri strumenti che dipendono dal loro personale arbitrio.

I Sardi hanno inoltre un commissario della Crociata che non riconosce nessun superiore a parte il romano pontefice etc.

Per il resto, in relazione ai costumi e alla natura dei Sardi, devi sapere che sono robusti di corporatura, rozzi nell'aspetto e avvezzi alle fatiche, tranne pochi dediti al lusso. Sono scarsamente portati per gli studi letterari, mentre sono versatissimi nella caccia. Molti si dedicano alla pastorizia, paghi di cibo semplice e acqua. Quelli che abitano nei paesi e nei villaggi convivono pacificamente, sono ospitali e cortesi nei modi. Vivono alla giornata e indossano abiti umilissimi.

Non fanno guerre né hanno grandi armamenti e – ciò che stupisce – in un'isola così vasta non dispongono di alcun artigiano che fabbrichi spade, pugnali e altre armi, che quindi ordinano dalla Spagna e dall'Italia. Usano per lo più balestre, soprattutto nelle battute di caccia, e se capita che pirati, Turchi o Africani vi giungano per fare razzia, facilmente sono messi in fuga dai Sardi o vengono fatti prigionieri.

I Sardi sono ottimi cavalieri. Hanno un colorito brunastro per l'intensità del sole. Vivono bene secondo la legge di natura, però vivrebbero assai meglio se avessero predicatori sinceri della parola di Dio.

Quando i campagnoli celebrano la ricorrenza di qualche santo, udita la messa nella chiesa a lui dedicata, per tutto il resto del giorno e della notte ballano nel luogo sacro, intonano canti profani, conducono danze in tondo (gli uomini insieme con le donne), sacrificano maiali, montoni e buoi e in grande allegria si cibano di quelle carni in onore del santo. Vi sono anche molti che ingrassano un capo di bestiame in onore di un determinato santo per mangiarlo nel suo santuario, in genere costruito tra i boschi, nel giorno di festa; e se la famiglia non è così numerosa da consumare l'intero animale, invitano anche altri al banchetto che si celebra nel santuario affinché non resti alcun avanzo.

Foeminae rusticorum valde honestae sunt in vestitu omnem excludentes pompam; at urbanae divitiis abundantes abutuntur illis in magnam superbiam.

5 Sacerdotes indoctissimi sunt, ut rarus inter eos, sicut et apud monachos, inveniatur qui Latinam intelligat linguam. Habent suas concubinas maioremque dant operam procreandis filiis quam legendis libris.

Le donne dei campagnoli sono estremamente castigate nel vestire giacché rifuggono da ogni sfarzo; le cittadine invece, che dispongono di grandi ricchezze, abusano di queste per pura ostentazione.

I sacerdoti sono ignorantissimi, al punto che tra questi, come anche tra i monaci, è raro trovarne uno che comprenda la lingua latina. Hanno le loro concubine e mettono maggiore impegno nel fare figli che nel leggere libri.

fundamentis eieciam, iterum magnificè ac splendide crexit, tum opere mirabilem in expugnabilemque, tum sumptu magnificentissimam, turribus orbiculari forma ex lapide quadrato mirifica structura atque artificio, murisque crassitudine inaudita & ingenti arcu triumphali ex marmore candidissimè reformauit. Arcem sancti Saluatoris in mari ex Quo nuncupatam reparauit, cuius inexpugnabilis situs ad usum magnificentissimæ regis est redactus, Ampliavit & urbis portum, obiecta in profundum maris aluissima mole crassissimo muro, turribus munita. Salubritatē urbi exiccatis paludibus introduxit. Magnus fuit princeps & in utraq; fortunæ partem probatus, qui inter cætera sibi aduersantia etiam terræ motū passus est toto ferme regno, qualem memoria hominū non est experta. Nam & multa regni oppida funditus corruere, inter quæ Arrianum ita absorptum est, tanquam terræ fissura deuorasset ipsum. Raro ciuitas absque insigni ruina superfuit. Circiter triginta millia hominū inter cadentia tecta perisse feruntur.

## SARDINIAE BREVIS historia & descriptio, per Sigismundum

Arquer Calaritanū, sanctę theologiæ & iuris utriusque doctorem.

### De Sardiniaē situ & magnitudine.



**S**ARDINIA vulgo Sardegnia, teste Ptolemæo circūdat̄ ab oriente Tyrreno pelago, à meridie Africo, ab occasu Sardo, & à septentrione mari quod ipsam & Corsicā interluit. Plinius eius sitū & magnitudinē ita describit lib. 3. natural. historię. Sardinia ab oriente patet 183 mil. pass. ab occidēte 170 à meridie 74 & à sept. 121. In circuitu 560 mil. pass. Abest ab Africa secūdum eundē 200 mil. à Calaritano promontorio. Nūc minori spacio duorū dierum nauigatur à ciuitate Calaritana ad Africam. Sed miliaria Plinij non recte concordant cum Sardorum miliaribus, ideo dierum itineribus sic mensuramus Sardiniam: Patet in longum itinere sex dierum, in latum, ubi angustior est, patet itinere duorū dierum equitis.

### De Sardiniaē solo, eiusque rerum copia

& infalubri aëre, alijsque rebus in ea memorabilibus.

**E**A pars Sardinia quæ Corsicam spectat montosior est, sed qui montes amœni sunt & humanis necessitatibus utiles. Opposita uero pars quæ Africam spectat, planior est & tritici abundantissima, amœna quoque, sed altera amœnior est, appellaturque hodie Caput Lugudoris. Abundat tota insula frugibus, pecore & armento, quare fit ut uili precio ibi emantur carnes: quin & mercatores hinc multa coria in Italiam & Hispaniam abducunt, sicut & miram caseorum copiam asportant. Sunt in hac insula tam multū equi, ut non pauci agrestes sint, careantque dominis, & generosiores uili emantur precio. Et quamuis non sint tam proceri ut Germanorum, Hispanorum & Italicorum equi, tamē non sunt illis deteriores in robore, agilitate & pulchritudine. Incolæ non uescuntur alio quam tritico pane. Abundat autem adeo triticeum ibi, ut à mercatoribus multæ quotannis naues tritico oneratae, abducantur in Hispaniam & Italiam. Quod si Sardi paulo magis rebus suis intenti essent, tantam tritici aliarumque rerum affluentiam sibi in sua compararent terra, ut Sardinia ipsa in secunditate superaret Siciliam. Incusatur hic colonorum ne gligeria desideraturque in rusticis maior industria. Vini optimi magna passim per insulā colligit copia, albi & nigri. Ob incolarū incuriam terra oleū non producit, cum olei abundantissima esse possit, si quidē pferat passim in syluis sua sponte multas oleastro, & quidā iam paucis retroactis annis cœperūt plātare oleas, quæ satis feliciter cultoribus cōparatur laborē.

Czerum

Caput Lugudoris.


Triticum.

Vinum.



Ceterum loco olei ad concinnandum lampades utuntur animalium pinguedine, quorum magnam habet copiam. Conficiunt etiam ex lentisici semine oleum: oliuæ autem oleum petunt ex Liguria & ex insulis Balearibus. Venationem habent maximam, multique rusticici ex sola uiuunt uenatione, præsertim qui in montibus habitant. Abundat enim regio

Musio singula  
re animal.



in Italia. Occidit in Sardinia arietem etiam fortissimum, capram & tenellum uiculi. Tradunt scriptores quidam in Sardinia nullum esse serpentem nec uenenum ullum præter pestilentem aërem: unde Sil. Italus de ea sic scribit:

Serpentum tellus pura ac uiduata ueneno  
Sed tristes cælo & multa uitiata palude.

Sardonica her  
ba.

At alij tradunt in ea Sardonica inueniri herbam, apiastro similem, & qui illam edūti superire uidentur. Nam neruos contrahit & rictu diducit ora, facitque morientes ridere. Hinc natum est Græcum prouerbiū *σαρδωνιος γελως* risus Sardonius. Huius herbæ Dioscorides quoque mentionem facit, eamque ranunculi speciem esse dicit: & quia uia possit ei succurrere qui eam comederit docet. Certè ego nunquam eam uidi, nec homines unquam audiuere ridentium more interire. Audiui tamen à peritissimo artium & medicinarum doctore Thoma Rocha de Ferraris, eam herbam in Sardinia esse, & quod ille eam uiderit. Tradiderunt quoque ueteres Solifugam exiguum & uenenosum animal araneis seu formicis simile in ea insula inueniri: at ego nec animas istud nec homines eius ueneno interemptos unquam uidi. Scorpiones quidem in ea sunt, quin & serpentes, sed qui ferè innoxij sunt.

Habet præterea Sardinia flumina multa & amœna sed non profunda, qui æstatis tempore transuadari possunt. Scribit Solinus, & uerè quidem, pisculentissima stagna esse in Sardinia, præsertim iuxta ciuitatē Oristagn. Et quod idem dicit hybernas pluuias in æstiuam penuriam referuari, id hodie uerum non est, quum in tota insula magna aquarum sit copia, tam fontium quam puteorum. In Calaritana quidè ciuitate, quæ in monte esse sita, cisternæ sunt, sed putei intra eius mœnia non defunt, præsertim tres, qui pro tota ciuitate sufficere possent etiãsi nullæ cisternæ in ea essent. Deinde & in suburbij eius aliquot sunt putei bonarum aquarum, quin & singulæ ferè uinæ & horti suos habent puteos, tantū abesse ut Sardinia aquarum laboret penuria, excepta Algeri ciuitate, quæ alquem defectum habet aquæ, cum sita sit ad litus maris inter arenam & scopulos.

Therma.

Sunt quoque in Sardinia balnea multa salubrium & calidorum fontium, tametsi incolæ ea non curerent, quo factū est, ut omnia conciderint, & uix uestigia quædam super sint. Pulcherrima balnea eamque neglecta iacent inter castrum Montis regalis & oppidum S. Gauini. Fabulantur quidam scriptores in Sardinia fontem esse, cuius aquæ fures arguunt, idque hoc pacto: si latro iurauerit se furtū non admisisse, eaque aqua lauerit manus seu oculos, cecitate animo duertitur: si furtū non admisit, clariore acquirat oculos. Certè huius fontis hodie nulla exrat notitia.

Argentifodine

Argentifodinae in Sardinia ditissimæ sunt, maximè apud ciuitatē Ecclesiarum, ubi aliquantulum hodie cruuitur argenti, paucis impensis, quod tamè in magna copia incolæ exderent, si maior ueretur industria. Alumen in Sardinia inueniri testatur Plinius, at hodie nihil tale apparet. Salinas uero habet magnas & inexhaustas, non in uno ratum sed

Salina.

in multis

in multis locis : meliores sunt prope Calarim : in qua ciuitate certis anni tēporibus datur ciuibus sal gratis in magna copia, alijs uero uenundatur uilissimo precio. Paratur autē hoc modo. Ingressiuntur hyberno tempore aquę marris in certa quædā stagna, quę & ob id Sali-  
linę uocantur, ubi postea æstiuo tempore ob solis feruorem coagulantur in solidissimum salem, atq; mēse Iulij & Augusti idem sal inde extrahitur aut magna eius pars, nam totum extrahere necessarium non est, neq; id sine magnis impensis fieri posset. Sunt & alię præ-  
ter Calaritanas salinę in Sardinia, sed ē quibus omnibus non extrahitur sal. Fruunt Sar-  
di ubiq; locorū & omni tempore salubri aere, nisi quod in quibusdā locis planis, præsertim  
Oristagni, ubi terra est paludinosā, ascendunt ē terra uapores crassi, accedētq; feruore so-  
lis, corrūpitur aer, & inassuetis multum obest. Incolis uero & qui à puercia inescati sunt  
illo aere, quicq; labori uacant, minime nocet, quin senes & robusti accola: ut in alijs regioni-  
bus ibi inueniuntur. At qui aliunde ueniunt in Sardiniam aut delicatiori educati sunt uita,  
facile in morbum ruunt, ubi solis ardoribus sese exponūt. Causam puto hanc esse. Habet  
insula pinguis simū solum & planicies multas, maximē ab Oristagno usq; Calarim, & in-  
crebrescente solis ardore, conflurgunt uapores crassi aërem corrumpentes, quos cum de-  
licatiora corpora ferre nequeant, facile contrahunt morbum. Habent deinde uricolę do-  
mos nullis tabularis & contignationibus interclusas, sed rectum incumbit sine ullis inter-  
stitijs mansioni, unde fit, quod calor facile infestat totam domum & teneriora corpora, la-  
boribusq; inassuetis lardit. Hinc fit, quod ditiores quicq; & ij qui luxui uacant corporis, so-  
lum hyberno & ueris tempore ex ciuitatibus ad sua castra & oppida egrediuntur: aut si co-  
guntur transire per Sardiniam æstatis tempore, querunt loca montana, ubi aer salubrior est  
quam in planicie. Raro tamen Sardi aliqua peste laborant.

## De Sardinia antiquis uocabulis atque rei-

pub. moderatoribus, quos habuit olim & hodie quoque  
habet : item de antiquitatibus.

**A**ppellauit Timeus Sardinia Sandaliorin ab effigie sandalij, hoc est, solæ. Mirtilus  
uero & Chrystippus à similitudine uestigij Ichnusam nominarunt. Demū à Sardo,  
Herculis filio aut nepote fuit Sardinia appellata & uulgo Sardegnia, ut Plinius li-  
bro tertio naturalis historię tradit. Porro quis primum in ea sibi usurparit domi-  
nium non satis constat. Sardus quidē in eam ueniens, ueteres accolas, non expulit sed unā  
cum illis habitauit, qui antea insulam occupauerant, & quorum Iohannes Annius in com-  
mentarijs suis in Berosum meminit, scribens Phorcum, Cadossanen insulam compleuisse  
Venulonicis colonis. Plutarchus uero in uita Romuli ostendit Tuscos primos Sardinia  
fuisse colonos, sicut & Strabo dicit Iolaum inuenisse in Sardinia Tuscos barbaros acco-  
las. Post Tuscos autem & Pœnos Græci quidam duce Aristeo memorant ingressi in Sar-  
diniam, sed qui & ipsi dominium insule non occupauerunt. Post Græcos (ut quidam sen-  
tiunt) Iberi Hispani duce Noraci dicuntur manu ualida uenisse in insulam atque constru-  
xisse Noram urbem, sed que hodie nō est in rerum natura, nisi malis Nurū oppidū agreste  
accipere pro Nora. Hodiē insula paret regi Hispanorū, habetq; passim antiquissimas rui-  
nas in locis agrestibus & montosis, instar rotundarum turriū in angustiā ascendentiū, quę  
robustissimis faxis sunt extructę, habētis Ianuas angustissimas : intra uero muri mediā  
latitudinem sunt gradus per quos in altum conscenditur. Præ se ferunt formā propugna-  
culorum. Incolę uocant huiusmodi ruinas muraghos, fortassis quod reliquię quædā sint  
operū Noraci. Plinius scribit populos fuisse in Sardinia Ilienses (ab Illo fortassis) dictos,  
quos putauerim Troianos fuisse, qui euerfa Troia huc uenerūt; ponit & Corfos in ea, sed  
quorum nullum hodiē extat nomen. Deinde tempore quo Atheniensium res floruerūt,  
uenerunt quoq; Græci in Sardinia, expulsisq; Afris qui eam paulo antē occupauerant, ipsi  
in eorū successerunt locum & condiderunt Calarim ciuitatem. Aliquo tannis pōst, quum  
cōtentio esset inter Romanos & Carthaginenses propter Sardiniam, tandem post longū  
bellum Romani eam sibi subugarunt. Atq; hinc est quod Plinius Calarim nominat oppi-  
dum ciuium Romanorum, dicitq; coloniam esse Romanorum ad urrim Libisonis. Defi-  
ciente uero Romano imperio, fuit Sardinia rursus ab Afris occupata & aliquandiu iugo

Dux Noraci.

Calaris.

*Diuisio Sardi-  
niæ.*

eorum obnoxia facta, donec tandem Pisani & Ligures Italiæ populi suafu Rom. Pontificum magna classe Sardiniam aggressi, expulsi Afris insula potiuntur. Atq; hinc putat esse quod Rom. pontifices in Decretis Sardiniam appellant patrimoniū S. Petri & Rom. ecclesie. Obrepta autem Sardinia, Pisani & Ligures diuidit eam inter se, partem unam Caput Calaris uocitantes, & alteram, Caput Lugudori, quam & Ligures sibi reuenerunt. Habebat tunc Sardi quoq; suos iudices habitantes in Oristagn, qui locus antea dictus fuit Arborea, & hi foedus habuerunt cum Pisani & Genuensibus. Quin & Brancha Doria Genuensis quidam magnū obtinet dominiū in Sardinia, nempe in Lugudoris capite, eiusq; leges pro parte adhuc seruatur in quibusdam locis, sicut & in ciuitate Ecclesiarū quædam leges Italica lingua eo tempore quādo Pisani ibi rerum potiebantur sunt cōscriptæ, & adhuc in eo loco seruatur. Sic & Iudices Arboreæ reliquerunt post se leges lingua Sardo in uno uolumine conscriptas, quæ hodie in tota ferè Sardinia in causis rerum & rusticarū personarum seruantur, uocanturq; carta de Logu. Labentibus postmodū annis, quū Pisani Rom. pontifici ob certas causas inobedientes essent, pontifex Sardiniam proscripsit, eamq; quoddammodo in feudū dedit Petro, uel ut Volateranus habet, Iacobo Aragonum regi. Rex itaq; collecto exercitu insulam ingreditur, Calaritanā expugnat urbem & Pisanos expellit, & postea paulatim Genuenses quoq; suo in Sardinia exuit dominiū & loci iudicē, qui in quibusdam locis Sardinie imperabāt, cōstituit Barones. Ex Arboreæ uero iudicatu fecit Marchionatum, & regionem illam cuidā ex suis subditis dedit in feudum; sicq; Sardinia tota facta est regum Aragonie, qui & hucusq; pacifice eam possederunt. Hodie præfidei ei D. Antonius de Cardona, uir nobilis genere & moribus, cognatus Caroli quinti Rom. Imperatoris & regis Hispanie, cuius uices gerit in Sardinia, prudenter in ea administrans rempublicam.

## De Sardinie ciuitatibus.

*Calaris.*

**E**st Sardinia mediocriter populosa, habens ciuitates non paucas, inter quas Calaris (uulgo Cagliari) nobilior & ditior est, sita in monte iuxta mare, Africā respiciens, magnum & pulcherimum habens portū, in quo semper uaria nauum genera inueniuntur, uel. ro citroq; in orientē & occidentē uelitantia, mercesq; portantia. Habet urbs ista tria suburbia, ut pictura eius hic adiecta explicat, cingiturq; munitissimis mœnibus. Residet ferè semper in ea Prorex unā cū baronibus, comitibus, et multis diuitibus, Habet autē ciuitas ipsa suam reipub. administrationē, in quam nec rex Aragonie nec prorex eius se intromittit, sed ex ipsis ciuibus quotannis sorte quinq; eliguntur cōsules, quos Confegles appellant, qui per ciuitatē officij insignia portāt, & soli reipub. administrant, eiusq; redditus, qui multi sunt, dispensant distribuuntq; pro sua prudentia, utentes ciuium consilio, & in cunctis ad publicā respicientes utilitatē. Habent in quibusdā casibus legū condendarū potestatem, possuntq; penā mortis & mutilationis membrorū statuere. Habet ciuitas multa priuilegia multasq; immunitates, quas Calaritani olim obtinuerūt à regibus Aragonie, ob suam singularem fidelitatē. At hodie quando nō solliciti sunt de reipublica, sed magis priuatū considerant cōmodum, ut ubiq; ferè fieri solet, omnia ruunt in peius, incolę bonas literas cōtemnunt, satis sibi esse putantes, si uel à limine latinā salutaerint linguā, intellexerintq; obiter Imperatorū leges & pontificū decreta, quo rem suā familiarem locupletiorē reddant. Galenum & Auicennā tam officianter legunt, ut inde paucis cōsulant ægrotis. Luxus, pompa, & crassa ignorantia in ciuitatibus hodie multorū malorum sunt seminaria. Det illis dominus spiritū salutarem, sine quo omnia peruerso aguntur ordine. Nam ubi ille nō regnat, sapientia habet pro stulticia, & iusticia pro fauicia, atq; ibi necesse est, ut ciues muris laborent odijs, utantur proditionibus, falsisq; attestationibus & quicq; alterū deorare contendant, maximè autem boni uiri periclitentur copore & rerum factura. Sed redeamus ad Calarim. Prope hanc urbē maxime sunt salinae, crescit ibi optimum uinū album & rubrum. Summum templum & turres eius magnificas extruxerunt Pisani. Reliqua patent ex pictura & descriptione eius.

*Priuilegia  
ciuitatis.*

*Ignorantia  
et errorum.*

*Oristagn  
ciuitas.*

Oristagn ciuitas metropolitana, sita in solo plano & parum distans à mari, portū habet occidentē respiciens, estq; aer in ea insalubris ob paludes & stagna, atq; ob id multū populosa. Stagna eius sunt pisculētissima, maior Sardinie fluiuius prope eam labitur. Est in hac

in hac urbe magna Crucifixi statua aliquantulum uetusta, quā ferunt factam à Nicodemo, atq; ob id in magna est populi ueneratione. Fuit olim regio illa Arborea appellata, nunc autē marchionatus Oristagni uocat. Et cum marchio quidā rebellaret regi Aragoniæ, priuatus fuit dominio suo, factusq; est rex immediatus domini ciuitatis. Turris ciuitas te sic Plinio Romanorū fuit colonia: Ptolomæus appellat eam Turrim Biffonis, sitaq; erat in plaga aquilonari ad litus maris, cuius ruinx adhuc extant & appellatur portus Turris. Ea destructa, Salfaris ciuitas fuit extructa, distans tamen ab ea 12 miliaribus, habens solū amcenū & pulcherrimis irriguū fontibus, abundans multis & bonis frugibus. Est tamen parum munita, unde & annis superioribus sub Francisco Galliarum rege ob negligētem custodiā magistratus fuit à Gallis direpta, licet illico à Sardis recuperata expulsi Gallis.

Turris ciuitas.

Algher ciuitas.

Algher ciuitas est noua, parua, populosa tamē & munitissima, domibus & ædificijs pulchris ornata, cuius incolæ ferē omnes Taraconenses sunt, &c. Habet Sardinia & alias ciuitates, oppida & uillas, sed quarum mentionem hic non faciemus, breuitati studentes. Si dominijs requiem & ocium dederit, prolixiorē de rebus Sardorum scribemus historiā.

## De Calari metropoli Sardinie.

**C**alaris Sardinie primaria ciuitas, hic quo ad fieri potuit genuina pictura expressa, diuidit in quatuor partes: media quæ fortissimo septa est muro, proprie uocatur Calaris: ea uero quæ orientē spectat, appellatur Villa noua, latine, noui oppidū: ea uero pars quæ meridie respicit atq; mare mediterraneū, uocatur La Gliapola, seu La Marina, & quæ ad occidentem uergit Stampax nominatur: suntq; hæ tres partes suburbia quadam & appendices Calaritanæ urbis, quarum præcipua ædificia iam sigillatim explicabo.

## Calaris.

- A Turris S. Brancati, magna & pulcherrima, totaq; ferē marmorea.  
 B Turris bellicarum munitionum.  
 C Portæ S. Brancati, ubi sunt tres murorū portæ, una post aliam, per quas in ciuitatem introitus patet.  
 D Hic est fons publicus satis exuberans, dictus, Fons S. Brancati.  
 E Sancta Lucia, monasterium monacharum.  
 F Palatium regium, ubi Prorex habitat.  
 H Ca:hedrale seu archiepiscopale templum. I Carceres publici.  
 K Domus senatoria, quā ciuitatis domum uocant. L Ciuitatis platea.  
 M Vicus Iudæorum, ubi scilicet olim Iudæi habitauerunt.  
 N Templum S. Crucis, ubi olim synagoga fuit Iudæorum, hodie uero Schola sibi est publica Grammaticæ. O Propugnaculum S. Crucis.  
 P Fons S. Crucis, largiter aquam propinans. Q Propugnaculum nouum.  
 R Turris noua & magna, Elephantis dicta, tota ferē marmorea.  
 S Propugnaculum Elephantis. T Lanienæ hic sunt.  
 V Portæ Calaris, ubi quatuor sunt ordines murorum cum quatuor portis.  
 X Platea seu forum caseorum. Y Fons publicus, aqua inundans.  
 Z Propugnaculum portæ magnum.

## Villæ nouæ insigniora ædificia.

- A Hic rupibus nititur murus Calaritanus. B Porta Cabanias;  
 C S. Iohannis templum. D Dominicastrorum monasterium  
 E Parochialis ecclesia sancti Jacobi. F Fons publicus aqua abundans.

## Gliapola seu Marina.

- A Propugnaculum quod uulgo Turrio de Gleuant uocant.  
 B Turrio seu propugnaculum S. Augustini. C Platea Gliapolæ.  
 x 2 D Vicus



- D Vicus Barchinonenfis, vulgo Carrer de Barfelona.  
 E S. Eularia, parochia. F Hospitale S. Antonij.  
 G Sancti Leonhardi templum. H Supplicij locus.

Stampax suburbium habet hæc  
 insigniora loca.

- A Stampacis platea & Publicus locus. B S. Clara, monialium claufura  
 C Parochia Stampacis.

Alia quædam loca extra Calarim.

- 1 S. Mariæ Bonairæ, id est, boni acris monasterium.

2 Templum

- 2 Templum S. Mariæ portus  
 3 Iesus, monasterium Franciscanorum de obseruantia.  
 4 Sancti Augustini monasterium. 5 Palifada, id est, mare palis septum.

## De Sardorum lingua.

**H**Abuerunt quidem Sardi olim linguam propriam, sed quam diuersi populi immigrauerint in eam atque ab exteris principibus eius imperium usurpatum fuerit, nempe Latinis, Pisanis, Genuensibus, Hispanis & Afris, corrupta fuit multum lingua eorum, relicta tamen plurimis uocabulis, quæ in nullo inueniuntur idiome. Latini sermonis adhuc multa tenent uocabula, præsertim in Barbaria montibus, ubi Rom. Imperatores militum habebant præsidia, ut l. ij. C. de officio præfecti præ. Afric. Hinc est quod Sardi in diuersis locis tam diuersè loquuntur, iuxta quod tam uarium habuerunt imperium. etiam si ipsi mutuo sese rectè intelligant. Sunt autem dux præcipue in ea insula lingue, una qua utuntur in ciuitatibus, & altera qua extra ciuitates. Oppidani loquuntur ferè lingua Hispanica, Tarracoenfis seu Catalana, quam didicerunt ab Hispanis, qui plerumque magistratum in eisdem gerunt ciuitatibus: alij uero genuinam retinent Sardonum linguam. Et habes utriusque lingue discrimen in dominica oratione,

Pater noster qui es in cœlis sanctificetur nomen tuum. Adueniat

*Pare nostre èbe ses en los cels sia sanificat lo nom teu Venga*  
*Babu nostru sughale ses in sos celus santusiadà su nomine tuo Bengiad*

*Ciuitatensis.*  
*Sardonum cõmuni*  
*mor lingua.*

regnum tuum, fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra; Panem  
*lo regne teu, fasa è la uoluntat tua axicom en locel i en la terra lo pa*  
*su rennu tuo, faciada ji sa uoluntade tua comenti in chelo et in sa terra su pane*

nostrum cotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis debita nostra,  
*nostru cotidia dona anosaltres hui, i dexia anosaltres los deutes nostres*  
*nostru dognicdie dona anosaltros boe et lassa anosaltros isdebitus nostros*

sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, & ne nos inducas in  
*axicom i nosaltres dexiam als deutois nostres i no nos inducças en*  
*comete e nosaltros lassios a isdebitores nostros e no nos portis in*

tentationem, sed libera nos à malo, quia tuum est regnum, gloria  
*la tentatio, mas liura nos del mal, perche teu es lo regne, la gloria*  
*sa tentatione, impero libera nos dasu male, poiteo tuo esti su rennu sa gloria*

& imperium in secula seculorum, amen.

*i lo imperij en los sigles de le sigles amen.*  
*e su imperiu in sos seculos de sos seculos amen.*

## De magistratibus Sardinia, incolarum

natura, moribus, legibus & religione.

**M**Viti sunt in Sardinia magistratus. Omnium supremus est Prorex seu uicerex, *Vicerex.* qui omnem ferè regis tenet autoritatem: & solus Hispanus hunc magistratum gerere potest secundum antiquas constitutiones. Habet à rege assignatum assessorem iuris u. doc. quem regentem ibi appellant. Habet præterea & alios consiliarios, quorum consilio omnia ferè disponit, appellaturque eius tribunal, Regia audientia. Olim huc magistratum iuxta priuilegium regni nullus poterat gerere nisi per triennium: de



Archiepiscopus  
tus.

inde alius succedebat in locum eius. Nunc autem in eo officio multis temporibus quis persistit, ut regi placet. Cumq; Sardinia in duas partes sit diuisa, nempe in caput Calaris & caput Lugudoris, unaqueq; suum habet gubernatorem, nec refert an is Hispanus sit aut Sarduus. Præsentem tamē Vicerege ille nullam habet auctoritatem, absente uero Prorege, gubernator omnem habet auctoritatem, sed licet prouocare ab eo ad uiceregē. Committit rex hoc gubernationis officium cui uult, quicq; idoneus ad id gerendum uideatur. Est & alius in ciuitatibus magistratus, qui ab incolis Vigher appellatur, qui etiam presente uicerege sua non priuatur iurisdictione, tam in causis capitalibus & pœnis inligendis quàm in alijs conuersionibus. Durat solum per unum annum, idq; propter insolentiã quorundã qui huic p̄uerūt officio deinde ut et reliqui ciues hoc officio potiri queant. Olim durauit quinquennio, deinde triennio. Concedit rex aut prorex hanc functionē singulis ciuitatibus, habetq; singuli qui eiusmodi officio præsunt aliosq; iuris peritum. Sunt adhuc & alij magistratus minores, sed quos hic breuitatis gratia missos facio. Eccelesiastici magistratus in Sardinia sunt constituti iuxta papæ decreta. Nam sunt in ea tres archiepiscopi, nēpe Calaritanus, Arborësis & Turritanësis seu Salsarenis, qui & nō nullos sub se habent episcopos. Est quoq; ibi inquisitor generalis contra hæreticos, apostatas & maleficos, secundum Hispaniæ mores & constitutiones, ultra ea quæ iure cōmuni Imperatorū & pontificum inquisitoribus sunt concessã. Habet iste immensã priuilegia, nec quenquã præter Hispaniæ supremū inquisitorē, cuius est delegatus, agnoscit superiorem in Sardinia. Constituit ipse quoq; sub se alios inquisitores & ministros, quorum omnium iudex ipse est, qui tanta seueritate contra suspectos procedunt, ut paucis uerbis exprimi nequeat. Nam miseros homines multis annis in carcere detinent, examinant & torquent, priusquã eos uel damnent uel absoluant. Habent autem de his rebus libros impressos, ut Malleum maleficarum, Directoriū inquisitorum & nonnullos alios, item instructiones secretas & multa alia quæ ex ipsorum pendent arbitrio. Habent præterea Sardi & Cruciatæ cōmissarium, qui nullum præter Romanum pontificem agnoscit superiorem, &c.

Mores.

Ceterum quantum attinet ad mores & naturã Sardorum, noueris eos esse corpore robustos, agrestes & laboribus assuetos, præter paucos luxui deditos: literarum studium parum sunt intenti, uenationi autem deditissimi sunt. Multi pecuariam faciunt rem, agrestis cibo & aqua contenti. Qui in oppidis & uillis habitant, pacifice inter se uiuunt, aduenas amant, & humaniter tractant. Viuunt in diem, uilissimoq; uestiuntur panno. Bella nulla habent, neque multa arma. Et quod mirandum est, nullum habent artificem in tam ampla insula, qui enses, pugiones & alia fabricet arma, sed hæc petunt ex Hispania & Italia. Vtuntur plerunq; balistis, maxime in uenationibus. Et si quando piratæ, Turcæ aut Africilluc ueniunt prædam abacturi, facile à Sardinis in fugam uertuntur aut captiui detinentur. Sunt Sardi optimi equites, sunt ob solis ardorem subfusci coloris, uiuunt bene secundum legem naturæ, optime uicturi, si synceros haberēt uerbi dei præcones. Cum rustici diem festum alicuius sancti celebrat, audita missa in ipsius sancti templo, tota reliqua die & nocta salant in templo, prophana cantant, choreas uiri cum foeminis ducunt, porcos, arietes & armenta machant, magnaq; lætitia in honorem sancti uescuntur carnibus illis. Sunt etiam multi qui pecus aliquod faginant in honore certi alicuius sancti, ut illud in fano eius potissimum in syluis extructo, & festa die deuorent. Et si familia minor fuerit ad eum pecoris, cōuocant et alios ad conuiuium illud quod in fano celebrant, ne quid residui maneant. Fœmine rusticorum ualde honestæ sunt in uestitu, omnem excludentes pompam; at urbana diuitijs abundantes, abutuntur illis in magna superbia. Sacerdotes indoctissimi sunt, ut rarus inter eos, sicut & apud monachos, inueniatur, qui latinam intel-

Superstitio.

ligat linguam. Habet suas concubinas, maioremq; dant operam procreandis filijs quàm legendis libris,